



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Desiderijs, prausq[ue] sensualitatis propensionibus vt̄ sit morie[n]dum:  
sensus item quam sint arctè custodiendi. Can. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

## ALLOQUIORVM IESV

Christi ad quamuis animam fidelē,

sibi que deuotam, Libri I. pars III.

*Desiderijs pranis que sensualitatis propensionibus uti sit moriendum:  
sensus item quam sint arctē custodiendi.*

## CANON I.

Fugienda  
quænam  
sint animæ  
fidelis.Sensualitati  
quænam  
subtrahenda  
sunt.Necessaria  
delectabilia  
qui sumenda.Sensus qui  
custodiendi  
sunt.Voluntate  
priuata  
nihil faciendam.

**R**emores, nouitates, historias iocosas, & quæcunq; cōpunctioni non seruiunt, sed curiosum animam oblectant, & varijs imaginibus cor deperditum infectumque desiderijs relinquunt, neq; legere, neq; audire consentias. Hominum seculariū, id est, qui mūdi sunt amanti: imò & cuiuscunq; hominis familiaritatem, amorem ac conuersationem singularem (cuius uerba & actus te non edificant) fuge, & amori sensuali, ad quamcunq; creaturam morere. Ventris tui ita sis magistra, ut sola necessaria administres, idq; non pro gustus oblectatione, sed pro naturæ sustentatione, & propter me: hoc est, ne in seruitio meo uiribus deficias. Porro quæ necessaria aut uilia corpori non sunt, oblectamenta gustus, præsertim ubi id sine fraterna charitatis potes offensione, non admittas. Hoc modo quæcunq; mollia, quæcunq; uoluptuosa, quæcunq; carni suauia (quantum discretio ipsa, quæ charitatem, infirmitates, oneraturæ naturæ, & singula quæq; prospiciens moderatur, admittit) à te proficundas, fugias, horreas, ubique in te persequendo concupiscentiam, non destruendo naturam. Nam quæ necessaria sunt, & sine delectatione tamen sumi non possunt, in his satis est, non querere uoluptatē, sed propter me, id est, ut obediatur mihi (qui corporis tui curam tibi commendat) refocillare carnis infirmitatem & tolerare necessitatem, uidelicet ut delectatio tanquam id quod non optatur quidem, ab eo tamen quod est humano uisui necessarium non potest separari, propter ipsam necessitatem admittatur, non diligatur. Itaque breuiter, sensus tuos omnes ita contineas, ut ne moueant quidem se ad inuilia & otiosa. Nihil uelis uidere, nihil tangere, nihil quæras sentire, nisi uilia animæ tuæ, & ad gloriam meam. In quibuscunq; homo suum sequitur appetitum, illi satisfaciens ex proprietate, uidelicet quia ita uult, ita desiderat, siue id in cibi, potus, alterius uel commodi naturalis, siue etiam in spiritalis consolationis oblectatione contingat, non potest esse sine delicto aut uicio, quia est ibi propria quæsitio, quæ facit medium inter ipsum & me. Nihil igitur in te nascatur, nihil foueatur ex priuato solo amore, aut uoluntate propria, quamlibet boni speciem uideatur habere: sed moriaris oportet omni proprietati, ut nuda, sola, purè charitas, castissimaq; intentio mihi placendi ad omnia te excitet, moueat & impellat.

*Lingua uti sit custodienda, ne Deus proximusue offendatur silentium duplex qui obseruandum sit.*

CANON